UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

Proemium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

SACERDOTALE
AD VSVM SACERDOTIS ANIMARVM CVRAM GERENTIS,
ad varios Eccleſiæ ritus accommodatum.

PROOEMIVM.

Saluator noſter Dominus Jeſus Chriſtꝰ,
tanquaꝫ verus Samaritanus deſcendẽs
ab cęleſti Jeruſalẽ, ⁊ Jerico, ideſt huma
ni generis defectui, ⁊ miſerijs appropin-
quans. Lucę 10. Curationi eius alligamẽ
ta adhibuit: quia ꝯtra originalis ⁊ actua
lis peccati vulnera, quibꝰ ſauciũ erat, ſa-
crorꝫ remedia inſtituit, ⁊ ordinauit. Quę
qdẽ, dũ in hac mortali ꝑegrinatione ver
ſaret: per ſe ⁊ docuit ⁊ compleuit: ⁊ poſt paſſionem ſuam per ſa-
cerdotes ſuos fidelibus ſuis miniſtranda pręcipit. Ex quibus
quidem duos ordines conſtituit: vt ſanctus euangeliſta Lu-
cas nono ⁊ decimo capitulis Euangelij ſui teſtatur: alterum
quidem maiorum, ideſt duodecim apoſtolorum: alterum vero
minorum, videlicet ſeptuaginta duorꝫ diſcipulorum: ita dunta
xat, vt priores Epiſcoporum, poſteriores vero inferiorum ſacer
dotum locum ⁊ dignitatem obtinerent. Et de priori quidem
ordine canon atteſtatur. 2. q. 7. Accuſatio. ⁊ de conſecr. diſtin. 5.
cap. Manus. ⁊ cap. De his. De ſecundo vero ordine. 21. diſtin.
ca. In nouo. Et ordo quidem prior (Epiſcoporum ſcilicet) vt di
ſpenſando ⁊ exhibendo ſacri chriſmatis ſacramento, de ſacra
vnctione. cap. Cum veniſſet, ⁊ collationibus ordinum clerica-
lium: eccleſiarum, altaris miniſtrorumque conſecrationibus
intenderet, de Ordi. ab epiſcopo qui renun. cap. 1. Reliquã au-
tem quinque ſacramenta (quamuis ⁊ ipſi poſſent) inferioris
ordinis ſacerdotibus miniſtranda committere, ab eccleſia in-
ſtitutum eſt. De quo quidem bipartito ſacerdotum ordine in

De Epiſcoporum ⁊ Sacerdotum bipartito ordine

epiſtola Anacleti Papę omnibus Epiſcopis ⁊ Sacerdotibus
miſſa.cap.8.ſic habetur. Sacerdotum ordo bipartitus eſt, ⁊ ſi-
cut Dominus illum inſtituit, a nullo debet perturbari. Scitis
autem apoſtolos a Domino eſſe electos ⁊ conſtitutos: ⁊ poſtea
per diuerſas prouincias ad prędicandum diſperſos. Cum ve-
ro meſſis cępit creſcere, videns paucos eſſe operarios, ad eo-
rũ adiumentũ ſeptuaginta duos eligi pręcepit diſcipulos. Epi-
ſcopi vero apoſtolorum, presbyteri quoque ſeptuaginta duo-
rum diſcipulorum locum tenent. Epiſcopi autem non in caſtel-
lis, aut modicis ciuitatibus debent conſtitui: ſed presbyteri per
caſtella ⁊ modicas ciuitates, atque villas debent ab Epiſcopis
ordinari ⁊ poni: ſinguli tamen per ſingulos titulos ſuos. Am-
plius quam iſti duo ordines ſacerdotũ nec nobis collati ſunt,
nec apoſtoli docuerunt: hęc ibi. Huic autem ſacerdotum bi-
partito ordini ⁊ toti eccleſię ſuę ſanctę beatiſſimum Petrum
apoſtolum in ſummum elegit ſacerdotem, dicens Matth. 16.
Tu es Petrus, ⁊ ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meã:
⁊ portę inferi non prępualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo cla
ues regni cęlorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram,
erit ligatum ⁊ in cęlis: ⁊ quodcunque ſolueris ſuper terram,
erit ſolutum ⁊ in cęlis. 68. diſtin. cap. Quorum vices. ⁊ capitu. In
nouo. 21. diſtin. ⁊ cap. Sacroſancta. 22. diſtin. ¶ Et quia in libro
Pontificali ſufficienter de his, quę ad officium Pontificum ſpe
ctant, diffuſius tractatur, operępretium viſum fuit in hoc libro,
qui Sacerdotale nuncupatur, ea, quę ad officium curatorum
pertinent, quantum Deus dederit, inſerere quatenus quilibet
ſacerdos in promptu habeat: qualiter miniſterium ſuum ad a-
nimarum ſibi commiſſarum ſalutem ſalubriter valeat exerce-
re. Quę quidem omnia, quę in hoc opuſculo inſerentur, non
de nouo adinuenta, aut excogitata fuere: ſed ex antiquo ritu,
pręſertim ſanctę Romanę Eccleſię, ⁊ ſacroſanctis concilijs, ⁊
ſanctorum Doctorum catholicorũ ſcriptis collecta, ⁊ ordina
ta: prout in antiquiſſimis codicibus, qui in ſacra bibliotheca
Apoſtolica conſeruantur, (vnde excerpta ſunt) apparet. Ad-
duntur etiam quidam ritus ⁊ particulares cęremonię diuer-
ſarum eccleſiarum, vt liber iſte omnibus eccleſijs ⁊ Dei ſacer-
dotibus ſit communis. Verum, antequam opus hoc neceſſariũ
aggre-

aggrediamur, non nulla ꝑſonam ⁊ officiū ſacerdotis cōcernen tia videnda ſunt, que non modicum decoris ⁊ ornamenti huic operi, nec minus vtilitatis ea diligenter obſeruātibus afferent.

¶ Preambula quedam ſequentis operis.

¶ Unde dicatur ſacerdos, vnde ortum habuit Sacerdotium, ⁊ quod ſit officium Sacerdotis. Cap. 1.

Et quia (vt prehabitum eſt) liber iſte Sacerdotalis, ſiue Sacerdotale appellatur: prius videndum eſt de ipſius ſacerdotij nomine, dignitate, origine, ⁊ officio. *De nomine Sacerdotij.* Sacerdos dicit quaſi ſacra dans, vel ſacer dux, vel a ſacrificando. 21. diſt. cap. Cleros. ¶ Et dicitur ſacra dans, quia eccleſie ſacra miniſtrat, ⁊ maxime ſacramentū penitentie: quo Dñs propitiatur peccatis populorum. Leui. 5. Rogabit pro eo ſacerdos, ⁊ pro pctō eius, ⁊ dimittetur ei. Et Oſee 4. Sacerdotes peccata populi comedent, ideſt ſuis orationibus delebunt. 1. q. 1. cap. Ipſi ſacerdotes. Et ideo dī Luce 7. Oſtendite vos ſacerdotibus, vt. ſ. vos emundent a peccatis. ¶ Dicitur etiam ſacer dux: quia habet docere, iudicare, ⁊ docere populum ſuum. *Aliorū peccata deflere, ac ꝓ illis penītētiā facere ꝓpriū eſt Sacerdotis pabulum.* Deutero. 21. Ad verbum ſacerdotum omne negotium pendet. Joſue 4. Sacerdotes pergebant ante populum. 4. Regum 17. Sacerdos docebat quomodo colerent Deum. ¶ Dicitur etiā a ſacrificando, quia eorum officium eſt offerre ſacrificium ⁊ hoſtias pro populis. Leui. 21. Sacerdotes incenſum ⁊ panes offerunt Deo. ¶ Sacerdos etiam Regibus comparatur. 2. q. 7. §. Item. Cum Balaam. Deus enim elegit Epiſcopos ⁊ presbyteros, vt duplici honore honorarentur. 1. Timo. 5. Qui bene preſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. Et non ſolum comparantur Regibus, ſed etiam illis precminent. 96. diſt. cap. Duo ſunt. ¶ Originem autem habuerant Sacerdotes in lege nature in Abel. Gen. 4. ⁊ in Melchiſedech, qui erat ſacerdos Dei altiſſimi offerens panem ⁊ vinum. Gen. 14. de conſec. diſt. 2. c. In calice. ⁊ ca. Accipite. Et in lege ſcripta in Aaron, qui inſtitutus eſt ſacerdos a Deo cum omni ſua poſteritate. Exo. 28. Et primi Paralip. 24. Dauid elegit vigintiquatuor ſacerdotes per vices totidem, quibus omnibus prefecit vnum ſummum ſacerdotem. *De Sacerdotū origine.* In lege autem euangelica elegit Chriſtus. 12. apoſtolos in maiores, ⁊ 72. in minores ſacerdotes ſub vno prin-